

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

11. Attendentes, filii &c. Bulla de licentia tractandi de pace cum
excommunicatis: Anno 1319.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](#)

A N N O
1318.

facultatem. Per hæc autem non intendimus in aliquo derogare commissionibus, super his, vel aliis quibuslibet, vobis alias per nos factis; sed eas nihilominus in suo volumus remanere vigore.

Datum Avinion. quarto Calendas Junii Pontificatus nostri Anno secundo.

X.
Rimer. Tom.
3. pag. 716.

Contra excessus Senescalli Vasconiae: Anno 1318.

JOANNES EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, Regi Angliae illustri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Insum à Deo tuis esse præcordiis prom-
tum tibi sit, quantum ad te pertinuerit, ju-
stitiam ministrare; Sed ubi præterim de in-
junctis gravaminibus, per officiales tuos no-
stris illatis familiaribus, agitur, de tua filiali
devotione fiducia, quod ad justam reformatio-
nem illorum Regia Celsitudo promptius incli-
netur. Sane dilectus filius nobilis Vir, Senes-
callus tuus, in Vasconie partibus, dilectum
filium, nobilem Virum, Jordanum de insula,
Domicellum & familiarem nostrum, in multis
jam iniuste sicut accepimus, gravavit, & gra-
vare non cessat, eumque de persona fecit
capi pro libito, & adhuc detinet carcere man-
cipatum, in juris injuriam, & grandem ipsius
Jordanum iacturam. Et, licet jam, binis vici-
bus Jordanum cendum, in sua iustitia, Senes-
callus prædicto commendaverimus, confiden-
ter sperantes Jordanum ipsum apud Senescallum
eundem, ipius nostræ recommendationis in-
tuui, aliquid reperire favoris. Ipse rame-
Senescallus, factus ex nostra intercessione ad-
jectione severior Jordanum ipsum gravaminibus
pluribus in intercedentis, ut videtur contem-
tum, afficit. Quia igitur fili carissime, haec
tuis affectibus placitura non credimus, celstiu-
dinem tuam attente requirimus & rogamus,
quatinus prudenter attento quod, in illis pra-
cipue partibus tua plurimum interest, in ju-
stitia, & lenitate gubernare subjectos, ut ipsi
sub tuo felici Regimine absque inculcatione
gravaminum, vitam felicem degentes, ad tua
reddantur, si necesse fuerit exequenda servitia
proptiores. Circa prædictorum Reformatio-
nem gravaminum, ac debitam liberationem
Jordanum prædicti, nec non circa correctionem
injuste gravantis opportunum mandes, ac facias
adhiberi remedium, per quod etiam via pre-
cludatur quantum honeste fieri poterit, sub
dictorum gravaminibus in futurum, sic te, fili
charissime, in his habiturus, quod iusto Ju-
dici placeas, & nobis, qui ad Jordanum ip-
sum considerationibus certis afficimus cum gra-
tiarum actionibus commendamus occursus.

Datum Avinion. Calendas Julii Pontificatus
nostri Anno secundo.

A N N O
1319.XI.
Ibid. pag.
764.

Bulla, de licentia tractandi de pace cum ex-
communicatis: Anno 1319.

JOANNES EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, carissimo in Christo Filio Eduardo Regi Angliae illustri salutem, & Apostolicam benedictionem.

A Tendentes, fili carissimi, incommoda
grandia, & discrimina varia, non facile

numeranda, quæ ex guerrarum turbinibus, &
bellicis congressibus sunt solita provenire, intense
desideramus affectu, & ingenti desiderio affecta
mus inter dissidentes per vias pacificas tractatus
amicabiles pacis fædera reformari. Hinc est quod
votum est nobis plurimum, & acceptum,
tuæque magnificè, tenore præsentium in
dulgemus, ut quoqvis hostes tuos, amulos &
Rebelles, ac eis adharentes ad tractandum,
ordinandum, & firmandum, per se, vel alios
recum, vel cum illis, quos ad hoc duxeris de
putandos, que ad pacem sunt, vel pertinent
aliquatenus possunt, impunè possis admittere,
quancum sint innodati sententiis à Canone,
vel Hominem, quavis auctoritate etiam aposto-
lica promulgatis, ipsoque ad hoc cum expe-
dice videris, invitare.

Datum Avinion. 8, Calendas Maji Pontifica-
tus nostri Anno tertio.

A N N O
1319.XII.
Ibid. pag.
797.

Bulla, de Potestate Fulminandi contra Rober-
tum de Brus, perpetuata.

JOANNES EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei, dilectis filiis Gau-
celino tituli Sanctæ Marcellini & Petri
Presbytero, & Luca sanctæ Mariæ in
Via lata Diacono Cardinalibus, salutem
& Apostolicam Benedictionem.*

D Udom post nostræ Promotionis auspicia
ad statum Apostolicae Dignitatis, anti-
quam ab olim inter carissimum in Christo si-
lum nostrum Eduardum Regem Angliae illu-
strem, & Robertum de Brus, tunc Regnum
Scotiaæ Gubernantem, Dissensionis odioæ ma-
teriam in animo revolventes, & animarum
defenda pericula dolentes; Fidelium strages
innumeræ, multiplicia dispendia facultatum,
& nocumenta gravissima, que multis Regno-
rum ipsorum Ecclesiis, & personis Ecclesiasti-
cis, ipius protractio dissensionis intulerat, ac
dispendio, quæ paraverat obstacula negoti-
o Terræ sanctæ, & verisimiliter poterat for-
midari, ne similia forsitan obiceret in futurum;
vias & modos, quibus circa præmissa, Domi-
no propitiante salubria adhibere possemus reme-
dia, cum multa diligentia duximus exquiren-
dum. Et tandem ad personas vestras nostræ
dirigentes considerationis intuitum, vos ad
Anglia & Scotiæ Regna ac Hiberniæ, & Valliæ
partes pro reformatione pacis hujusmodi plena
vobis super hoc per nostras litteras potestate
concessa, duximus destinando. Et nihilominus,
ut via facilior ad hujusmodi Reformatio-
nem pacis Domino dirigente, pateret, inter
eosdem Regem & Robertum, trengas per certi
temporis spatium duraturas, duximus indicandas,
volentes illas à die notificationis, seu pu-
blicationis carum per vos, vel alium, seu alios
facienda suum obtinere vigorem. Et ex tunc
in personas non servantium, vel infringentium
illas Excommunicationis sententiam proferente-
quas per vos vel per alium, seu alios Regi ac
Roberto prædictis & aliis, de quibus vobis vi-
deretur expediens notificari mandavimus, seu
etiam publicari. Cumque vos postmodum, si-
c ut Apostolatu nostro per vestras litteras inti-
matis, ad executionem per missorum vobis ne-
gotiorum hujusmodi volentes, servata debita
maturitate procedere, quia de facili ad dictum
Regnum Scotiæ tunc, nonnullis interjectis ob-
staculis, vobis non patebat accessus clausis
litteras vestras dicto Roberto, vestri cau-
sam nunciante per cursores proprios destina-
tis. Sed idem Robertus seu Gentes sue,

nedum